fuerint, transmittent, qui etsi etatis minoris fuerint, bona tamen omnia cum omni iure et eo, quod anevelle vocatur, habebunt, in successoribus vero prime prolis secundum distinctionem feodalis justicie procedetur. —— Huius rei testes sunt: Guillelmus Reginus archiepiscopus. Samarus Tranensis archiepiscopus. Bonusho Cusentinus archiepiscopus. Wulfkerus Pattaviensis episcopus. Rudolfus Verdensis episcopus. Thiedericus prepositus Traiectensis. Ludewicus dux Bawarie. Conrradus marchio de Landesberc. Conradus[a]) dux Spoleti. Albertus comes de Werningerode. Albertus de Droiz. Marquardus senescalcus, marchio Anconensis et dux Ravenensis. Henricus pincerna de Lutra et alii quam plures.

:Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi (M.) et regis Sicilie.:

Ego Conradus Hildenseymensis episcopus imperialis aule cancellarius una cum domino Gualterio Trojano episcopo et regni Sicilie cancellario recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonogesimo septimo, indictionis quinte decime, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius vicesimo octavo imperii vero septimo et regni Sicilie tercio; data in Linaria quinto kal. augusti.

(S.)

25.

Bischof Bertold von Naumburg bestätigt den bei Gelegenheit einer in Keuschberg stattgefundenen Zusammenkunft von Fürsten, unter denen sich Markgraf Konrad von der Lausitz befand, zwischen Kloster Walkenried und dem Kapitel St. Moritz zu Naumburg abgeschlossenen Kauf. — Zeugen: Landgraf Hermann und Markgraf Konrad. **1197 Aug. 7.**

Hdschr.: Or. Perg. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel. S. des Bischofs an weißen und rothen Seidenfäden. Phot. H. St. A.
Gedr.: Leibniz, Or. Guelf. 3,562.
Anm.: Die Handlung der Urkunde gehört nicht in das Jahr 1197, sondern 1196, worauf Indiktion, Epakte und Concurrente hinweisen. Landgraf Ludwig, der als Zeuge auftritt, befand sich 1197 Aug. 7 bereits auf der Reise nach Palästina, Bischof Thimo von Bamberg, der seinen am 2. Mai 1196 verstorbenen Vorgänger Bischof Otto nachfolgte, war 1197 nicht mehr electus und wird auch, als für das Jahr 1196 passend, tunc electus bezeichnet. Zudem weist die Urkunde auf eine länger vergangene Handlung mit tunc — in burgwardo Cuschburk, ubi tunc.... conveneramus — *hin. Das Dokument ist vom Empfänger, dem Kloster Walkenried, hergestellt. Die Beurkundung erfolgte wohl erst 1197; man mischte die Daten der Handlung und der Beurkundung. Da die Urkunde von Empfängerhand herrührt, so erklärt sich auch leicht der Fehler der falschen Berechnung der Pontifikatsjahre des Bischofs Berthold von Naumburg, mit 12 statt mit 9 Jahren.*

[I]:n[a]) nomine sancte et individue trinitatis.: [B]ertoldus[b]) dei gratia sancte Nuemburgensis ecclesie episcopus omnibus, ad quos presens pagina pervenerit, inperpetuum.| Notum esse volumus, quod temporibus domini Dithmari abbatis in Walkenrede de consensu nostro et capituli sancti Mauricii in Nuenburc prepositus eiusdem capituli Reinhardus monachis | de Walkenrede novem mansos et dimidium in Merbeche et xiii[cim] et

24. *a)* Conrradus.
25. *a)* I *fehlt, Lücke gelassen.* *b)* B *fehlt, Lücke gelassen.*